Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

IOHAN

Demonium habes. Quis te qrit
interficere. Respondit ihesus et
dixit eis. Vnum opus feci & omnes
mirammi. Propter hoc moyses dedit
nobis circumcisionem. non quia ex mo
yse est. sed ex patribus. et in sabbo
circumcidis hominem. Si cum
cisionem accipit homo in sabbo
ut non soluatur lex moysi. mihi in
dignamini quia totum hominem
sanum feci in sabbo. Nolite iudica
re secundum faciem. sed iustum
iudicium iudicate. Dicebant ergo
quidam ex iherosolimis. Nonne hic
est quem querunt interficere. Et
ecce hic palam loquitur et nichil ei
dicunt. Numquid uere cognouerunt
principes quia hic est cristus. Sed
hunc scimus unde sit. xpus autem
cum uenerit. nemo scit unde sit.
Clamabat ergo ihesus docens in
templo et dicens. Et me scitis et
unde sim scitis. & a me ipo non uenim
sed est uerus qui misit me. quem
uos nescitis. Ego scio eum. qa ab
ipo sum. & ipe me misit. Ergo scio e
um. & si dixero quia nescio eum. ero
similis uobis mendax. Quiebant
ergo apprehendere eum et nemo
misit in eum manus. quia non dum
uenerat hora eius. De turba aut
multi crediderunt in eum. & dice
bant. Cristus cum uenerit nunqt
plura signa faciet quam que hic
facit. Audierunt pharisei turbam
murmurantem de illo hi. & mise
runt principes. & pharisei ministros
ut apprehenderent eum. Dixit ergo
eis ihesus. Adhuc modicum temp
uobiscum sum. & uado ad eum qui
misit me. Quaeretis me. & non inue
nietis. & ubi sum ego uos non potestis
uenire. Dixerunt ergo iudei aput
semet ipos. Quo hic iturus est qa
non inuenimus eum. Numquid in
dispsionem gentium iturus est. &
docturus gentes. Quis est hic sermo
quem dixit. Quaeretis me. & non inue
nietis. & quo ego uado non potestis ue
nire. In nouissimo autem magno festi
uitatis die stabat ihesus et clama
bat dicens. Si quis sitit ueniat ad
me et bibat. Qui credit in me
sicut dixit scriptura. flumina de uentre
eius fluent aque uiue. Hoc autem dice
bat de spiritu quem acceptum erant
credentes in eum. Nondum enim erat
spiritus datus. quia ihesus nondum
erat glificatus. Ex illa ergo turba
cum audissent hos sermones eius
dicebant. Qui hic est uere pphe.
Alii dicebant. Hic est cristus. Qui
dam autem dicebant. Numquid a ga
lylea uenit cristus. Nonne scriptura
dixit. quia ex semine dauid et de beth
lehem castello ubi dauid erat uenit
cristus. Dissensio itaq; facta est
in turba pter eum. Quidam autem
ex ipis uolebant apprehendere eum
sed nemo misit in illum manus.
Venerunt ergo ministri ad pontifi
ces et pharisaeos. & dixerunt eis ill.
Quare non adduxistis eum. Respon
derunt ministri. Numqm sic locut
est homo sicut hic homo loquitur.
Responderunt ergo eis pharisei.